



## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

10. De funesto interitu impiæ reginæ Isabellæ, quæ occidit prophetas Domini & Eliæ mortem erat interminata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

clamauerat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum, & exaruit manus eius, quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere ad se. Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone domini. Et ait, rex ad virum Dei: Deprecare faciem domini Dei tui, & ora pro me, ut restituatur manus mea mihi. Oravit vir Dei, faciem Domini, & reuersa est manus regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. Postea cum Abia filius Ieroboam ægrotaret, mitteretque vxorem suam ad Ahiam Prophetam, ut consuleret eum super filio suo, respondit Propheta: Ego missus sum ad te durus nuncius, quia haec dicit Dominus, ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem, qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves coeli, &c. Ecce haec fuit merces abolentis verum Dei cultum, & maiorum suorum religionem, remouentis legitimos Dei sacerdotes, & alios de extremis populi constituentis, ascendentis super altare, ut adoleret incensum.

*Ex 3. libr Reg. cap. 19 & 4. Reg. cap. 9. Defuncto interitu impia regina Iezabel, quo accidit Prophetas Domini & Eliam mortem erat interminata.*

C A P. X.

III.

Impia Iesabel cùm occidisset prophetas domini, atque insuper Eliæ mortem minaretur, timens sibi Elias, abiit quocunque ferebat voluntas, tandemque petens animæ suæ veneretur, ait: sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior sum quam patres mei, zelo relatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum domini filij Israel. Altaria tua destruxerant, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animam meam, auferant eam. Non reliquit multam DEVS hanc in seruos & prophetas suos crudelitatem. Enimvero cū rex Iehu veniret in Iesrael, impia Iezabel depinxit oculos suos stibio, & traxit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam. Leuauitque Iehu faciem suam ad fenestram, & ait: quæ est illa? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres amici, & dixerunt: Hæc est illa Iezabel. At illudixit eis. Præcipitate eam deorsum, & præcipitauerunt eam. Aspersusque est sanguis paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eum. Cumque introgressus esset, vt comedebat, biberetque, ait: ite & videte maledictam illam, & sepelite eam, quia filia regis est. Cūque essent vt sepelirent eam, non inuenierunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus. Reuerisque nunciauerunt ei, & ait Iehu: Sermo domini est, quem locutus est per seruum suum Eam Thesbiten, dicens: in agro Iezrahel co-

mc-

medent canes carnes Iezabel, & erunt carnes  
Iezabel sicut sterlus super facie terrae in agro  
Iezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæcne  
est illa Iezabel?

*Ex 4. Reg. 12. cap. & 2. Paralip. 26. Dereg  
Ioas, qui thesauro templi temere surripiens,  
a seruis suis interficitur. Item de Ozia rego,  
qui volens adolere incensum, monitus a  
sacerdotibus non esse hoc sui muneris, & con-  
temnens, lepra percutitur.*

## C A P. X I.

**C**VM Azahel rex Syriae, pugnaret contra  
Geth eamque cœpisset, dirigeretque fa-  
ciem suam, vt ascenderet in Ierusalem,  
tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ co-  
secreauerat Iosaphat, & Ioram & Ochorias pa-  
tres eius, Reges Iuda, & quæ ipse obtulerat, &  
vniuersum argentum, quod inueniri potuit  
in thesauris templi domini, misitque Azaheli  
regi Syriae, vt recederet ab Ierusalem. Surrexe-  
runt autem serui eius, & coniurauerunt inter-  
se, percusseruntque Ioas in domo Mello in de-  
scensu fela, & mortuus est.

Ozias quoque rex cum iam auxilio Domi-  
ni roboratus esset, eleuatum est cor eius in in-  
teritum suum, & neglexit Dominum Deum  
suum, ingressusque templum Domini, adole-  
re voluit incensum super altare thymiam-  
atis. Statimque ingressus post eum Azarias sa-  
cerdos, & cum eo sacerdotes domini octogin-  
ea viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixe-